



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**TRACTATVS|| DE CON-||FESSIONIBVS MA=||LEFICORVM ET
SAGA-||RVM SECVNDÒ RECOGNI||tus, & auctior redditus.||
An, & quanta fides ijs adhibenda sit?||**

Binsfeld, Peter

Avgvstae Trevirorvm

VD16 B 5530

Tertia Conclusio. Nullum cœlorum cogit hominis arbitrium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41113

1. part. q. 115. arti. 3. S. Bonavent. in 2. d. 14. part. vlt. & alij Theologi ibidem, & Aristoteles lib. 2. de generat. tradit, Solem, per accessum & recessum esse causam generationum, corruptionum, aliarumq; variationum, quæ in his inferioribus fiunt.

Secunda Conclusio. Corpora caelestia non habent actionem ullam in creaturas pure spirituales, id est, in Angelos & Demones.

QVIA corpora caelestia sunt inferiora spiritualibus creaturis. Inferiora autem non agunt in superiora, vt docent S. August. lib. 12. super Genes. cap. 16. S. Thom. 1. par. q. d. artic. 5.

Tertia Conclusio. Nullum caelorum cogit hominis arbitrium,

S. Thom. 1. 2. q. 9. art. 5. & loc. cit. art. 4. & 6. S. Bonavent. in 2. d. 24. part. vlt. q. 3. Damasc. lib. 2. de fide Orthod. cap. 6. & alij in 2. d. 14. Turrecr. in 26. q. 2. can. Illos. Probatum ratione: Si caelum cogeret liberum arbitrium: superius subderetur inferiori. Homo enim est superior caelo & stellis, homo autem non est propter astra, sed astra propter hominẽ facta sunt. Præterea, si cogeretur voluntas ab astris, nec esset consilium, nec quid dignum pœna, aut præmio.

Quarta